

Sallusti Crispi: De Catilinae Coniuratione 8,1-5:

1) Sed profecto fortuna in omni re dominatur; ea res cunctas ex lubidine magis quam ex vero celebrat obscuratque. 2) Atheniensium res gestae, sicuti ego aestumo, satis amplae magnificaeque fuere, verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur. 3) Sed quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis celebrantur. 4) Ita eorum, qui fecere, virtus tanta habetur, quantum eam verbis potuere extollere praeclara ingenia. 5) At populo Romano numquam ea copia fuit, quia prudentissimus quisque maxime negotiosus erat, ingenium nemo sine corpore exercebat; optumus quisque facere quam dicere, sua ab aliis bene facta laudari quam ipse aliorum narrare malebat.

fortuna	hier: Zufall
ex lubidine	nach Laune
ex vero	nach dem wahren Wert
celebrare	feiern; hier: „ins Licht setzen“
obscurare	verdunkeln; hier: „im Dunkeln lassen“
aestumare = aestimare	einschätzen, glauben
amplus, -a, -um	groß, umfangreich, wichtig
fama ferri	gerühmt werden
provenire, provenio, proveni, proventum	hervorgehen, auftreten
ingenium, -i n.	Talent, Begabung
fecere	= facta fecere
extollere	hervorheben
copia (ingeniorum)	Menge, Anzahl (an Talenten)
prudentissimus quisque	gerade die klügsten
negotiosus, -a, -um	politisch tätig
optumus quisque	vgl. „prudentissimus quisque“
aliorum	ergänze „facta“